ſtolorum & cum certa fidei regula conveniat. Simile judicium ferunt *Joh. à Daventria, Cochlæ⁹ & Hoffmeiſterus,* apud *Fabritium d. l. p.* 38. imò recentiſſimè *Jeſuita Dez, loc. cit. Art.* 3.

DUBIUM PRIMUM.

Illud tamen, inquit, *Fabritius* ipſe *ibid. velimus ipſos enodare, quomodo hic affirment ad fidem pertinere, quod Chriſtus verè ſit paſſus, mortuus & ſepultus &c. quæ præteriti ſunt temporis; cùm in Apologia doceant, fidem reſpicere tantùm res præſentes & futuras.*

Reſp. Verba in Apologia, ad quæ dubio procul reſpicit, ſunt hæc *p.* 126. *Si quis etiam hoc cavilletur: Si fides eſt, quæ vult illa, quæ in promiſſione offeruntur, videntur confundi ha-*